



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

II. Bischof Conrad von Camin überläßt dem Kloster Arendsee die Zehnthebung in Werckenthin, ungefähr um das Jahr 1224.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

II. Bischof Conrad von Camin überläßt dem Kloster Arendsee die Zehnthebung in Werckenthin, ungefähr um das Jahr 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Conradus, dei gracia Caminenfis ecclesie et pomeranorum et leuticiorum episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis veram in domino karitatem. Accepimus litteram cuiusdam priuilegii, quod dedit Kazimarus in hunc modum. Ego kazimarus, pomeranorum dux, leuticiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina presentis scripti peruenerit, salutem in vero salutari. Notum uobis facimus tam presentibus quam futuris, quod nos pro salute anime nostre necnon patris et matris nostre ad sustentacionem sanctimonialium in Arnesse deo seruiencium villam Warkentyn cum terminis et omnibus attinentibus, tam in aquis, quam in agris et filuis, voluntarie ecclesie dei in Arnesse contulimus, Vt exinde pro predecessoribus nostris oratio fiat in perpetuum in ecclesia eadem Arnesse in honore sancte dei genitricis et virginis marie necnon sancti Johannis ewangeliste constructe. Et ut huius donacionis certa permaneat prerogatiua, hoc scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius donacionis testes sunt, qui tunc presentes aderant Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepositus in dymin, Valtradus, Canonicus et sacerdos in Jericho, Gozwinus, plebanus in lenyn, Arnoldus, Cappellanus in dymin. De nobilioribus vero laycis Rochellus, eiusdem vrbs castellanus, Dubimerus, Pribbesszlaus de kamyn, Andreas, Pribburiuiz, Ratifczlaus, scarbimariz, Dutlic filius eius Et quam plures alii. Congaudentes igitur nostris temporibus de dono tali et fide honorem dei exerescere, contulimus cum consensu generali decimam ville Warghentyn cum terminis ecclesie dei in Arnesse, vt plebano ad locum accedenti ad uoluntatem suam siue in agris siue in decima emolumento respondeat competenti. Et ne posteris immutandi vel calumpniandi detur occasio, factum nostrum sigilli nostri appensione roborauimus. (Zu vgl. I, XVII, 3.)

III. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen das Kloster Arendsee und erweitern dessen Besitzungen um zwei Hufen, am 6. November 1225.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et otto, dei gracia marchiones Brandenburgenses, Considerantes omnia transitoria, et quia sine timore dei nullus presentibus neque eternis gaudere potest institutis, Vna cum fratre nostro Ottone Ecclesiam dei et Beate marie virginis in Arnesse, ad nos heridatorio iure deuolutam, in nostram recepimus tuicionem, Ratum habentes quitquit collatum est Ecclesie predictae secundum priuilegia predecessorum nostrorum et patris nostri Alberti pie memorie Marchionis brandenburgensis, Et quia in omnibus ipsam sicut decet promouere uolumus et intendimus incessanter, ampliamus eam in duobus mansis et vna quadam in villa Crughen et quadam solitudine, que wlgaliter Lambrechtshot appellatur, cum omni Jure, censu, decima, Jurisdicione, exactione, precaria et vrmano seruicio, et omne, quod